# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Eucharistia g
### cum fonte primo

| | |
|---|---|
| Quanta enim | Quanta enim, |
| → | Domine Jesu Christe, |
| cordis contricione et lacrimarum fonte, quanta reuerencia et tremore, quanta corporis castitate atque animi puritate istud diuinum et celeste misterium est celebrandum, | cordis contritione, et lacrymarum fonte, quanta reverentia et tremore, quanta corporis castitate, et animi puritate istud divinum et coeleste sacrificium est celebrandum; |
| Domine Deus, ← | |
| ubi caro tua in ueritate sumitur, ubi sanguis tuus in ueritate bibitur, ubi summis yma humanis diuina iunguntur, ubi adest sanctorum presencia angelorum, ubi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter! | ubi caro tua in veritate sumitur, ubi sanguis tuus in veritate bibitur, ubi summa imis junguntur, ubi adest praesentia sanctorum angelorum, ubi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffabiliter constitutus! |
| Quis digne hoc celebrare misterium potest nisi tu, Deus omnipotens, offerentem feceris dignum? | Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu, Deus omnipotens, offerentem feceris dignum? |
| Ambrosius in oracione. | Anonymus, *Precationes duae hactenus Ambrosio attributae*, 1, 4 (PL 17, col.753A-B). |